

Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalum, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinanae Donationis ratio discurrit ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permutationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hūc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesiasticorum beneficiorum mundinationes &
hereditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

233 Pius PP.V. quàm fuerit abhorrens à beneficiorum permutationibus
admittendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](#)

modi spiritualibus longissimè semper debeant abesse. c. vlt. de paetis. Vidimus in huius Tractatus exordio quām temporibus Apostolicis & succedentibus etiam seculis plurimis ignorantiae fuerint beneficiorum permutationes; temporibus tandem schismaticis inchoatæ, lentissimeque in usum receptæ; crescentibus nimis & inualeſcentibus hominum quorūdam Ecclesiasticorum insolentiis & audaciis. Quo fit ut nisi Pontifex maiorem duceret hic æquitatis, quām iuris rigidi summiꝝ rationem, beneficia ſic. i. ex cauſa permutationis resignata nihilominus debita fuissent Expectantibus. Quia ratione præter alias multas motus aliquando Pius V. Pontifex optimus omnē quorumcumque beneficiorum ex cauſa permutationis resignationem voluit haberι pro ſimpli- & ſoluta vacatione, ſibiꝝ ſoli. i. Apostolicæ Sedi vel etiā Superioribus ordinario- rum collatorum permutationes admittētium ſolis, iure nimirum præventionis concesso, reſeruauerat ac reliquerat; omnibus ordinariis talibus eadem beneficia vlli mortalium cōferre prohibitis; & quidem resignantibus iplis ad eadem beneficia vñquam obtinenda inhabili- bus & incapacibus in perpetuum iudicatis de- claratisque; ſicut ex quadam liquet ipſius Bul- la, quam tamen poſtea temperauit: ita videli- cet, ne potestas admittendarum iuxta consue- tum ius permutationum collatoribus ordina- rijs vel ex iure vel ex consuetudine competens adimeretur quidē, ſed certis legibus ac modis

i & limi-

²³³
Pius V quādā
fuerit abhor-
rens à benefi-
ciorū permu-
tationibus
admittendis.

& limitationibus regeretur atq; coërceretur ; inter quas est & hæc ne leuibus vnquā de causis permutatio beneficiorum vel vila prolsus alia resignatio permittatur : vt in Ecloge Bullarum & Motu-propriorum Pij quarti, Pij V. & Gregorij X III. Lugduni apud Catolum Pesnotium anno Domini 1582. edita videre

est pag. 79. & rursus pag. 94. Facit ergo sola materiæ contractui subiectæ varietas, vt nunc admittantur conditiones & leges nunc nō admittantur. Prophanæ quidem res in commercium veniūt sub quibuscumque legibus atque conditionibus, res autem sacræ sanctæ religiæ non veniunt in commercium per se, sed si quando super iis iure quodam singulari contractus aliqui permittantur , non nisi certis id limitibus conceditur, vt in beneficiorum permutatione passim declarauimus. népe, permutationem quidem beneficiorum fieri posse, sed absque pactis vllis permutantium, solius nutu collatoris ordinarij. Quocirca nisi Bonifaciana foret hæc ipsa Constitutio , cum Clementina, clausulæ nullæ salutares possent vel Expectantes istos excludere , vel collatores ordinarios à collatione libera sive quibuslibet aliis quam permutantibus facienda prohibere; quantumlibet centies millies dixissent in resignando protestatiq; fuissent hi permutaturi, Non

235 Clausula si aliter nec alias nec alio modo. Verùm, post huius lutaris in beneficiis per- benissimæ beneficentissimæque Constituti- motadis quo- tionis Bonifacianæ promulgationem, postque tadiana. Clementinam , nihil est inter permutaturos hac

234 Rerū prophæ-
narum & spi-
ritualium vel
spiritualibus
accordarum
discrimen in
commercii
faciendis.